



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 76. Ejusdem Principis epistola ad Ordinem plebejum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.

A.C. 1586.

§. LXXVI.

*Ejusdem Principis epistola ad Ordinem Plebejum.*

*Mem. de le  
Lig. p. 488.  
Thu. l. c.*

Scriptit quoque ad Ordinem Plebejum, atque in sua epistola hæc protulit: „intimo doloris sensu obruor, dum hoc „bellum non sine populi sumptibus geri „cernere cogor: equidem cum illis, „qui dignitate me longe inferiores sunt, „tentata duelli alea universorum periculum in me suscipere haud detrectavi, ut bellum præpedirem, ac Gallorum sanguini parcerem: nunc vero ad tantam redactus sum necessitatem, temporisque iniquitatem, ut meipsum tueri nequeam, nisi cum ingenti innocentis populi exitio: porro vicem meam doleo, dum pro defendenda vita mea necesse fit, ut opprimantur illi, pro quorum tamen liberatione proprium meum cruorem effundere paratus sum: de cetero brevi futurum spero, ut vos post tot adversitates ab iis, qui unice meæ ruinæ intenti sunt, Dei beneficio liberatos, ac tam certa quiete beatos cernere queam, ut præteritorum malorum facile oblivisci valeatis: enimvero hostes nostri, ut & vos eorum tumultibus applaudatis, vobis persuadere nitebantur, quod ærarii corruptelas emendare, tributa,

„&amp;

Sæcul. XVI.  
A.C. 1586.

„& exactiones imminuere, atque au-  
 „ream Ludovici XII. Regis ætatem re-  
 „vocare intendant, propterea semet-  
 „ipfos jamjam populi Patres appellita-  
 „bant: verum quid inde evenit? nun-  
 „quid aliud, nisi quod bellum ab ipsis  
 „susceptum, postquam vos omnibus  
 „vestris bonis exhausti fuistis, tandem  
 „pace finitum sit, quin tamen vel minai-  
 „ma de vobis mentio facta fuisset, imo  
 „hæc eadem pax novum progerminarit  
 „bellum, cujus sumptus vos rursus sup-  
 „peditare obstricti eritis, ac nonnisi mi-  
 „litum præda, & victima cadetis: non-  
 „ne hac ratione studiose vestrum quæri-  
 „tur exitium? „

„Insuper Rex speciatim ad Parisinam  
 urbem literas dabat, in quibus hanc ei-  
 vitationem velut *totius Regni epitomen*, &  
 ceterarum civitatum ad consilia sua di-  
 rigenda exemplar appellans, fidemque  
 ejus laudans, Parisinis hæc exponebat:  
 „in Joannis, & postea in Francisci I.  
 „Franciae Regum calamitate summam  
 „erga vestros principes devoti animi pro-  
 „pensionem ostendistis, dum auro ve-  
 „stro illorum libertatem redemistis,  
 „nunc vero hanc in rem a nobis bona ve-  
 „stra non petuntur, sed ideo a vobis  
 „pecuniæ extorquentur, ut regia do-  
 „mus extinguatur, vesterque Rex in  
 „servitutem redigatur: si autem in hoc  
 „bello

Sæcul. XVI.  
A. C. 1586.  
 „bello religionis caussa obtendatur, aut  
 „de Regni in meliorem statum reforman-  
 „di ratione agatur, ipsemet præsto sum:  
 „porro Concilium toties a Protestantibus  
 „expetitur, ac publica regni comitia,  
 „utpote opportuna adversus utrumque  
 „malum remedia, sufficiunt, atque  
 „ego horum neutrum declino, verum  
 „id non placet turbarum studiosis:  
 „quinimo ut eo citius hoc diffidium diri-  
 „meretur, duelli discrimen ipse pro-  
 „posui: ast hi nil nisi bellum sitiunt: ita-  
 „que vos hortor, ut positis armis pacis  
 „consilia foveatis, atque a turbidis ma-  
 „chinationibus alieni concordiam in  
 „Domo Domini, & inter Regni subdi-  
 „tos revocare studeatis: denique a vo-  
 „bis ea omnia impetrare studeo, quæ  
 „mihi a genuina Gallicæ nationis sobole  
 „polliceri valeam: vicissim vero vobis  
 „spondeo, quod nec unquam me de-  
 „fuisse comperiat in illis, quæ a Prin-  
 „cipe Gallo, & Christiano Rege pro  
 „unionem Ecclesiæ, Regis Domini mei  
 „obsequio, & omnium proborum satis-  
 „factione expectare poteritis.”

## §. LXXVII.

*Copie tam fœderatis, quam Navar-  
 ræ Regi ab Helvetiis suppeditatæ.*

*Thu. l. 84.* **D**ivulgatis hisce literis Navarræ Rex  
 Montalbano Neracum contendit,  
 nonnisi